



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 96. Dolosa Mauritii Saxoniae Electoris dissimulatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI. Gloriæ æque, ac reipublicæ adversum por-
A.C. 1551. ro expectandum est.

§. XCVI.

*Dolosa Mauritii Saxoniae Electoris
 dissimulatio.*

Attamen temerarium hoc responsum, necnon indulgentia, qua Mauritius tanta in audacia connivebat, prudentiores facile in suspicionem adducebat, quod Elector Mauritius leges quidem specietenus aliquantum severas Magdeburgensibus imposuerit, cæterum illis clam de religione, & libertate caverit, & maluerit per hæc conditiones potius sibi, quam Cæsari Urbem patere. Id quoque jam multis, nec obscuris indiciis, quantumvis dissimulandi mirus artifex, manifestum fecerat.

§. XCVII.

*Clandestinum Fœdus hujus Electoris
 cum Galliarum Rege.*

Sleid. l. 24. p. 890. & seq. & l. 23. pag. 853. Thuan. l. 8. Spond. hoc ann. n. 5. Nec vana erat eorum, qui talia præsumebant, suspicio, quippe eodem ferme momento Mauritius Elector clam cum Galliarum Rege armorum societatem inibat, ad quod negotium Rex ministerio utebatur Joannis Fraxinei Bajonensis Episcopi, qui diu in Germania commoratus patriam hujus Nationis
 lin.